



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An fides illa sit in voluntate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 27. & 28.

*Quis autem vestrum cogitans potest
adiungere ad staturam suam cubi-
tum unum? Et de vestimento
quid solliciti estis? considerate li-
lia agri quomodo crescunt: non la-
borant neque nent.*

QUESTIO I.

Quid velit hise verbis?

§. 1. *SI* omnia recte perpendamus, videbimus
Τὴν μέριμναν, quæ est ægritudo cum cogita-
tione seu anxietate prohiberi. Videmus enim eos qui
opibus afficiuntur pecuniam perpetuo numerare,
totos in illis esse, & vt proverbio dicunt, ludæum
mente semper foenerari.

*Inutilis est
cura, quæ
est sine pro-
fectu.*

Duplex argumentum præter superiora, Quemad-
modum nulla cura staturam augere potestis; ita ne-
que vlla cura opes, nisi Deo dante augere potestis.

Deinde si lilia Deus vestit, cur non & vos? Quid i-
gitur solliciti hæretis?

Statura est *ἡλικία*, quod ætatem, & staturam si-
gnificat, sed quia hic de cubito loquitur significat sta-
turam, ita apud Lucian. de Dea Syria, & libro vera-
rum narrationum. Plurarchus *ἡλικία* *ἡλικία* *ἡλικία*,
de institutione puerorum sic loquitur. Sic etiam Sy-
rus conuertit *ἡλικία* *ἡλικία*, hoc est, staturam
suam.

Confirmat itemque ab inutili cura, & sollicitudi-
ne. Nihil enim prodest impar effectui Angor. cum
enim Ier. 10. 32. Non sit hominis via eius, quis ergo
suar solertia vitam tribuet? Qui te creauit, ille serua-
bit. Eo inquit nec crescere ipse, nec rem augere
poteris.

VERSUS 26.

*Respicite volatilia cæli, quoniam
non serunt neque metunt, neque
congregant in horrea, & pater cæ-
lestis vester pascit illa. Nonne vos
magis pluris estis illis?*

QUESTIO I.

Cur animum exemplo vtatur?

§. 1. *INTER* omnia animantia maxima est animi li-
bertas; minime enim sibi reponere solent in
futurum elcas, & tamen ille qui pater vester est alit il-
las, cur non & filios. Maxime cum *ἡλικία* *ἡλικία* *ἡλικία*,
dicitur multum præstare illis, si ergo infinita illa maie-
stas ad passeruculos, & papiliones prouidentiam ex-
tendit, cur non ad homines quoque, quos filiorum
adoptione dignatus est?

*Dei prou-
dentia in
volucibus
conspicua.*

VERSUS 30.

*Si autem fœnum agri, quod hodie est,
& cras in clibanum mittitur,
Deus sic vestit: quanto magis vos
modica fidei?*

QUESTIO I.

*An Dei ad omnia concursus sit, & an
generalis?*

§. 1. *B*ellarminus l. 4. c. 4. de gratia & libero arbitrio, Deum in
omnibus creaturarum actionibus
concurrere. Si enim fœnum vestit, multo magis ad
mirabilia, & maiora concurrat, quo modo Deus o-
petetur in omni opere docet Aug. T. 5. 143. d. 1. & 306.
d. 1. edit. Plantin.

§. 2. Concursum generalem & indeterminatum
negant, qui illum peccatorum faciunt procuratorem.
Hoc argumento. Si concursus ad malas actiones est indiffe-
rens, Ergo & ad bonas, ita nec illa à Deo erunt. Respondeo: concursus
actiones bonas, si sunt supernaturales, hoc à speciali
Dei auxilio fortiri. Si naturales, etiam in Deum rea-
ferti, quia ab eo sunt intentæ, & eo hortatore, sua ore,
procuratore fiunt. Præterea nec Deum velle, nec præ-
definire; Velle tamen permittere, & punire.

Obicit Pareus in lib. de amf. grat. & statu peccati
cap. 18.

Sed hæc *ἀνύστα* sunt, concursum in actione esse
specialem, & indifferentem. Concursum enim Dei &
voluntatis non dicitur, nisi quatenus actione speciali
terminatur.

Respondeo: Figura aduersarii, planissime sunt
ἀνύστα, veris patitur ac falsis aduersa. Concursum spe-
cialem à quo est actio supernaturalis, nusquam voca-
mus malis, & bonis actionibus indifferentem. Con-
cursum Dei generalis in actione speciali terminatur,
& quatenus terminatur iam fit specialis ex causæ par-
ticularis determinatione. Sic concursus solis ad arbo-
rum germinationem ex se generalis est, à plantis de-
terminatur, vt hæc vel illa species producat. Sic fit
vt agat creatura concurrente Deo ad actionem, defi-
ciat sua culpa, vt actio sit mala.

QUESTIO II.

An fides illa sit in voluntate?

§. 1. *I*ta aduersarii hoc ex loco contendunt. Opposi-
tum timiditatis est fiducia: fides opponitur timidi-
tati. fides igitur est fiducia, quia hoc loco timiditas adscribitur
defectui fidei.

Confirmatur ratio ex locis contrariis, quibus for-
titudo, quæ proprie nascitur ex fiducia, tribuitur fi-
dei: Sancti per fidem vicerunt regna, fort. & facti in bello. Et,
qui resistite fortibus in fide, Et in omnibus fidentes securum fidei.

Respondeo: Consequentia est omnino falsa; nam
Syllogismus est ex puris particularibus. Quod si ma-
iorem faciat vni ueritalem: Omne oppositum timiditatis est
fiducia. Vel quod æquipollet; Sola fiducia est oppositum
timiditatis. Falsa est maior: vni enim vitio plures vir-
tutes opponuntur; imo vna charitas omnibus. Timi-
ditati igitur, & fides, & spes & charitas opponuntur,
illa enim etiam foras mittit timores. Quin & fortitu-
do opponitur timori, & tribuitur fidei, Sancti enim per
fidem fortes facti sunt in bello. Fides enim in Deum, spei,
fiduciae, charitatis, fortitudinis origo est, & radix.
Contra ista philosophatur Pareus contra Bell. l. 1. c. 11.
ratione 4. contra Bellarminum.

Defensio est: Fides gignit ex se fiduciam, oppositam timidi-
tati, & fortitudinem, non vt habitus, sed vt actus diuersi:
Fides enim non qua assensit, na, sed qua fiducialis est, expellit
timorem, præstat fortitudinem: non est languida, sed firmiter
confidit, Ergo fides est fiducia habitualis actus fiduciales
producentis.

Nec sit confusio, sed coniunctio: quia coherent in fide insti-
ficante, Fides enim generalis, per fiduciam vt per differen-
tiam *ἐν ἑκείνῳ*, fit species, qua dicitur fides iustificans.

Respon-

Respondeo, argumentum hoc monstra potius pa-
tere, quam fiduciales actus. Fiducia enim, & fortitu-
do sunt non modo actus, sed etiam habitus diver-
si. Fiducia est spes firmior, virtus Theologica, ut docet
D. Thom. 2. 2. q. 17. & deinceps. At fortitudo est alia
virtus moralis, quae illa quae impediunt, secundum
rectam rationem propelluntur. Timorem & auda-
ciam moderatur, in magnis periculis, doloribusque
versatur. Ex fide originem vera fortitudo ducit, sed
tamen non est cum spe confundenda. Ipsi sectarii
fortitudinem à spe diversam faciunt.

At fides assensitiva non expellit timorem: imò vel
maximè qui enim credit Deum veracem, bonum, in
tribulatione presentem, auxilia pollicentem, merce-
dem promittentem, fortissime obire pericula, susti-
nere tormenta potest.

Monstrum vero novum est, quod ait fidem gene-
ralem per fiduciam & per differentiam *evangelii* sic
afficiem, quae dicitur fides iustificans.

Si fides est generalis virtus, vna species vero fides
iustificans, & fiducia est differentia, quae ergo alia spe-
cies opposita est, nisi fides, quae est in intellectu, & as-
sentitur credendis? Hoc si ita est, fiducia non est a-
ctus fidei. Nam differentia alicuius speciei, quae
rem constituit, non est actus illius, sed ad intimam
essentiam pertinet. Quod si est duplex fiducia habi-
tualis, & actualis.

Ergo actualis ab habituali fiducia procedit, non ab
alia fide nisi mediate, at fiducia habitualis est integer
habitus, non sola differentia. Stolidè igitur fiducia
vocatur differentia fidei iustificantis, sps est fiducia
iustificantis, fides enim & iustitia eadem illis sunt.
Perinde enim loquuntur, ac si dicerem, Hominem esse
fidei hominis differentiam.

Integer vero species dici differentia non potest.
Quod si fides generalis est virtus, quae contrahitur,
ad fiduciam specialem, seu fidem iustificantem, vel
est in intellectu, vel in voluntate. Si in voluntate,
non potest distinguì, à fide speciali. Si in intellectu,
non potest praedicari de fide, quae est in voluntate.

VERSUS 33.

Quarite ergo primum regnum Dei,
& iustitiam eius, & haec omnia
adiicientur vobis?

QUESTIO I.

An liceas mercedem intuitu bene agere?

S. 1. Argumentum Christi nec instantiam, nec ca-
lumniam patitur. Quarere nos iubet re-
gnum Dei, de eo sollicitos esse, omnes vires eo inten-
dere, cetera aut adiicienda esse.

Non ergo peccatum est laborare, bene agere, ut re-
gnum celorum consequamur. Videri potest Bel-
lam lib. 1. de iust. c. 8. Respondet Pareus, non licere
bene operari intuitu mercedis debita, sed indebita: ut
regnum Dei, sit hereditas filiorum, non stipendium servorum.
Verum sponte suos fallit. Quarimus enim regnum
Dei non operibus simpliciter debitum, sed operibus
ex mera gratia promissum, ideoque vel debitum.
Omne enim promissum cadit in debitum. Nec diui-

na Maiestate abutimur, cum ad nostram felicitatem *Merces de-*
infinite bonum referimus; Id enim non alio mo- *bita, quia*
do quam ut in nobis eius gloria semper celebretur, *promissa.*
desideramus. Reliqua auctaria sunt, & *involuntaria.*
Ita Salomoni Sapientiam petenti, opes & gloria ad-
iicitur.

§. 2. Iustitia intelligitur non regni, *Caritatis*, sed
Dei; Nam in Graeco est *δικαιοσύνη* *divina*. Iustitia ergo
est, quam Deus ab homine postulat, quam probat,
Ioan. 6. 28. vocantur opera Dei. Non est iustitia impu-
tativa, illa enim ut auctarii docent, non quantur,
sed creditur adesse.

Musculus sane Calvinianus ad veram iustitiam re-
fert, quae est i. Cor. 6. Gal. 5. Qui talia agunt. Ephes. 5.
Nec fornicator, nec avarus regnum Dei posside-
bunt. Veram ergo iustitiam vocat, cum ad sunt con-
traria illis vitiis virtutes.

§. 3. Non igitur opus *est* *divinae* *Dei*, in crasti-
num reponere, unde thesaurus dicitur. At si in crasti-
num non oportet esse sollicitum, quando minus in
multos annos? Cur vnus annus sollicitudinem mul-
torum subit annorum, quos nunquam habiturus es?
Hac summa est vite miseria de futuro torqueri. *§. 3. 1.*
inquit Graecus Sapiens: *ὁ βίος ἀνθρώπου βίος ἀνθρώπου*
ἐν πόσει. Vita vere non est vita, sed miseria.

§. 4. Malitias apud Graecos pro vexationibus &
læsuris poni testatur Tertullianus lib. 2. contra Mar-
cionem.

Ut plane superna cuncta sit Bezae reprehensio, qua no-
strum absurditatis accusat, cum videat eum potuisse
Graecos & Hebraeos imitari, & vocabulum non vlti-
mum usurpare. Tertullianus sane ita locutus est lib. 2.
contra Marcionem cap. 24. Et quia Marcion defendit ar-
borem bonam malos quoque fructus non licere producere, sed *malitia*
malitiam tamen nominavit, quod optimus non capit, nunquid *læsuras*
alia interpretatio subest etiam earum malitiarum intelligen-
darium, quae possunt & in optimum decurrere. Subest autem.
Dicimus denique malitiam nunc significari, non quae ad natu-
ram relictur creatoris quasi mali, sed quae ad potestatem qua-
si iudicis, secundum quam enuntiari. Ego sum qui condo ma-
la. Et: Ecce ego mitto in vos mala, non peccatoria, sed vltoria
quorum satis delinimus infamiam, ut congruentium iudici:
Sicut autem licet mala dicantur, non reprehenduntur in iudi-
ce, nec bono nomine sua malum iudicem ostendunt: Ita &
malitia hac erit intelligenda nunc quae ex illis malis iudicariis
deputata, cum ipsi competat iudici; Nam & apud Graecos in-
terdum malitia, pro vexationibus & læsuris, non pro maligni-
tatibus ponuntur, sicut & in isto articulo.

Testis est etiam Hieronymus *naivus* pro *naivus*
accipi, nec video cur noster reprehendatur quod di-
xerit malitiam dici, cum Varro, Plinius, alii laudentur,
quod dixerint: malitiam Celi & Soli. Nonnulla est in
lectione diversitas ut habet Lucas Brugenf. in notis ad
Graecum, in vulgatis *μετανοίας* *μετανοίας*. Hæc vulga-
ris est Lectio Graecorum codicum, cuius sensus: Cura-
bit sua, sollicitus erit de suis. Est porro alia in codice victo-
riano, cuius in commentario meminimus: *μετανοίας*
μετανοίας sollicitus erit sibi ipsi, quae videtur veteris interpretis
fuisse, quin & veterum Patrum, Cypriani, cum in o-
rationem Dominicam, tum lib. 3. ad Quirinum ca. 11.
& Augustini lib. contra Adimantum c. 4. quorum
versio habet: Nam crastinus dies ipse cognabit sibi.

Atqui sensus lectionis idem vnus est
vtriusque.

M

CAPVT

Adami Conzen in Euang. Tom. 1.